



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. De intentione, quam Sacerdos habere debet consecrandi, ante vel dum operatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

absolutè, sed ex vi amissionis talis esse reproducti: Si-
quidem, si per impossibile, non esset in sua reali exi-
stentia in Caelo; sed solum in esse Sacramentali sub his
speciebus; certe, ex vi corruptionis talium specierum,
destrueretur omnino, & non amplius existeret. Vides
destrueretur omnino? Quare, sicut non, quan-
tum destructionem victimarum? Quare, sicut non, quan-
tum physicè destruebantur, sed quando jugulabatur, seu
physicè moriebatur, sed quando jugulabatur, seu
physicè percutiebatur a Sacerdote ovis v. g. dicebatur
sacrificari, seu sacrificari: & liquida, ut vinum, & oleum,
tam, v. g. vel ex toto, vel ex parte effundebantur, dice-
batur sacrificari, seu libari: sic quando in Consecra-
tione accipit Christus hunc statum, quo proximè
ponitur in via ad dictam destructionem, rectè sacrifi-
cari verè, & realiter dicitur: Nam quemadmodum
per gravem percussione ovis moritur inde ad qua-
dam, v. g. & vinum, oleumve per effusione de-
struenda inde ad aliquod tempus, quia ponuntur in pro-
ximo statu destructionis, in omni loquendi proprietate
dicuntur sacrificari; ita Christus Dominus, quia ponit
sub speciebus, inde ad modicum tempus, his cor-
ruptis, destruendus, dicitur in omni proprietate sacrifi-
cari.

Hic mihi duo de hac re cogitanti appruit bonus mo-
dus explicandi, qua ratione, in Missa, reperitur vi-
ctimæ destructio tam essentialis in omni propriè dicto
Sacrificio. Nam per alios modos, quibus utuntur Do-
ctores apud Ioannem Delugo de Euchar. disp. 19. sect. 4.
& 5. & per ipsum modum, quo idem configuratis cate-
chis, utitur, numquam habetur vera, realis, & non
metaphorica destructio, quæ realis, & vera certè habet
per nostram prædictam explicationem. Sed hæc fuscè
explicamus in tract. Theologico de Sac.

2. Cum igitur ut dicebam, Sacrificium sit prædictus
excellentissimus Religionis actus, certum est ultimum
Sacerdotis sacrificantis finem debere esse, Deum mo-
do prædicto venerari, qui certè finis semper saltem im-
plicitè aderit, quoties Sacerdos intendit iuxta Ri-
tum sanctæ Ecclesiæ celebrare, nec talem ritum, quoad
substantialia, & graviter necessaria, velit, propter
quemcumque alium finem, relinquere. Secus fore mor-
tale peccatum nemo dubitat, quia quicquid Sacerdos præpo-
neret substantialibus, & graviter necessariis illum
alium finem, quod esset negligere Dei præceptum, in re-
gulari. Lege S. Thom. 2.2. quæst. 132. art. 3.

3. Nunquàmne igitur sine mortali peccato potest
sacrificium celebrari a Sacerdote propter alium finem?
Et, æquène peccabitur, si Sacerdos celebret ob vanam
gloriam, vel ob lucrum, vel quid simile?

4. Dico, si propter finem mortaliter peccaminosum,
celebret Sacerdos, certum esse, peccare mortaliter, ut si
quis v. g. celebraret ob finem aliquod notabile furandi:
Peccaret item mortaliter, si propter alium quemcumque
finem vellet relinquere, seu relinqueret ritum prædi-
ctum in necessariis: Ratio utriusque est, quia in hoc se-
cundo casu Dei præceptum, ut modo dixi, negligitur,
& in prima intenditur finis mortaliter peccaminosus, à
quo actio specificationem sumit.

5. An autem, in primo dicto casu essent duæ mali-
tiæ, speciei diversæ, altera propter intentionem furti,
contra iustitiam, altera contra Religionem, propter
irreverentiam, quæ irrogatur Sacrificio, dum assumi-
tur, tanquam medium, ad malum finem: posset esse
quæstio, quam tamen breviter expedio, affirmando
esse duas, furti, ut certum est, & sacrilegij propter di-
ctam gravem irreverentiam, quæ certè in tali intentione
reperitur, dum vis uti actione tam sancta, ad finem
tam perversum.

6. At vero si propter finem venialiter peccamino-
sum quis principaliter celebraret, v. g. ob vanam glo-
riam, vel lucrum venialiter malum, solum venialiter
peccaret. Sic Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 3. num. 1. Ratio
est, quia universaliter tunc est mortale ordinare ope-
rationes virtutum; v. g. ministrare Sacramenta, au-

dite Sacrum, opera Misericordiæ exercere, & alia
huiusmodi, atque adeo ipsum facere Sacrum; tunc
inquam, est mortale ordinare hæc ad alium finem,
quando in eo fine ita sistitur, ut interveniat voluntas
omittendi ob illum finem, aliquod Dei præceptum
grave. Ita Sylvest. Navarr. Henric. apud Sanch. ci-
tati. At in casu nostro non omittitur tale quid, ut
supponimus, ergo mortale non erit, solum erit venia-
le, sicuti venialis est finis. Quamvis enim addit aliqua
ordinis perversio, cum debet celebrari Sacrum, pro-
pter Dei gloriam dumtaxat, & non propter vanam
gloriam, tamen hæc perversio non est gravis; patet,
quia jam remanet finis ultimus ipsius gloriæ in eo
minimo, quo servantur substantialia, & necessaria
Missa; solum additur hic alius finis, qui cum ut di-
ximus; sit venialiter peccaminosus, illum finem ul-
timum non excludit, sed solum leviter, ut ita dicam,
contaminat.

7. Denique si propter finem indifferentem, quis
principaliter celebraret, v. g. ut amico complacere,
aliàs non sacrificaturus, idem dicendum erit, scilicet
non peccatum mortaliter. Ratio est, quia, ut modo
dictum est, non intercedit voluntas omittendi aliquod
grave præceptum. Peto tamen venialiter peccatum,
quia ordinare res sacras, & spirituales ad hæc tempo-
ralia, nonnulla perversio est, licet minor, quam si
ordinentur ad finem venialiter malum, de quo in præce-
denti numero.

8. Sed audi, quod Deus te amet, Lector, id quod,
quæ dicimus, illustrabit. Erat quidam Concionator
cæterum pius, ac religiosus, qui tamen volebat concio-
nari in diebus Quadragesimæ, nisi stipendium à prædi-
cationis ministerio ipsi promitteretur. Rursus erat alius,
qui invitatus ad faciendum in quadam villa Sacrum, ibat
perlibenter, quia ibi opporere à Domino villæ excipie-
batur, Sacrum tamen bona devotione operari, seque
ad illud, pro virili parte, disponere solebat, ita ut
facere usurparet, se agere gratias consuevisse illi Do-
mino pro epulo temporali, non minus, quam pro
spirituali. Hi duo Concionator, & Sacerdos, cum
ego Messanæ, olim in Collegio nostro, versarer, si-
mul convenerunt ad interrogandos nostros, an pec-
carent; Dixi, peccare dumtaxat venialiter, nam or-
dinabant Concionem, & Sacrum ad fines illos tempo-
rales, cum interim ultimate consistenter in Deo, pro-
pter quem Conciones utiliter, & Sacrum religiose per-
agebant. Addidi tamen facile eos potuisse etiam à ve-
niali se liberare, si solum, minus principaliter, inten-
derent, alter honestam refocillationem, alter honestum
lucrum.

§. II. De Intentione, quam Sacerdos habere debet conse-
crandi ante, vel dum operatur Sacrum.

Præmittitur divisio, & explicatio Intentionis.

1. Intentio consecrandi absoluta (nam de conditio-
nata agere pertinet ad Scholasticos) quam Sacer-
dos habere potest, dum Sacrificium celebrat (id quod
est commune in consiciendis omnibus Sacramentis)
quadrex est. Actualis, Habitualis, Virtualis, Inter-
pretativa.

2. Intentio Actualis est, qua quis actu intendit ali-
quid facere. Estque duplicis generis. Prima, qua, quis
advertens quid faciat, volens, illud agit. Secunda, qua
quis reflectens ad ipsam voluntatem, qua vult aliquid
agere, illam vult. Hanc intentionem in actu signato,
illam in actu exercito, appellat Caiet. apud Suar de Sacra-
in fine Comment. ad quæst. 64. S. Thom. de Sac. art. 8.

3. Habitualis est intentio mere præterita, nondum
retractata, v. g. intentio, quam heri habui eundi Ro-
mæ, si eam non revocavi, nec aliud addidi, dicitur
hodie habitualis. Alio modo etiam sumitur intentio
habitualis, pro habitu scilicet ex frequentatis actibus
acquisito

acquisitio aliquid intendendi. Ut si quis v.g. sæpè digittos volens moveat, etiam dormiens, etiam amens ad illos movendos, sine advertentia se applicabit.

4. Virtualis est eadem prædicta intentio præterita nondum retractata, sed addit unum, quod remaneat in homine, & influat in opus, quod de præsentis homo facit, v. g. heri intendi ire Romam: hodie nihil expresse de Roma cogitans, assumo media, id est, surgō è lecto, exeo domo, navim conscendo, &c. dicor in his mediis assumendis habere intentionem virtutalem adeundi Romam. Addit ergo Virtualis supra Habitualement unum aliquid, per quod moveor ad illa media peragenda, quæ ad finem heri propositum, & nunc non cogitatum, conducunt. Quid autem sit hoc aliquid, quod in me remanet post intentionem heri habitam, quodque me nunc movet ad illa media suscipienda, gravis est inter Doctores disputatio. Et alij quidem cum Suar. de Sacram. disp. 13. sect. 3. §. Quocirca docent, esse applicationem potentiarum externarum hominis, quæ ex vi intentionis præteritæ, remanent applicatæ ad ea media. Alij cum Vasque de Sacram. disp. 138. cap. 6. n. 78. putant, esse connexionem quandam, quæ remanet inter primam intentionem, & subinde inter actiones subsequentes. Alij cum Coninch. de Sacram. quest. 74. art. 8. dub. 2. dicunt, esse quandam entitatem necessario à prædicta prima intentione relictam in Imaginatione, & Appetitu sensitivo, seu etiam, saltem aliquando, ex Delugo disp. 8. de Sacram. sec. 5. num. 84. in intellectu, & voluntate, quæ entitas (quamvis modo vix perceptibilis) movet potentias ad illos consequentes actus. Quæ tamen omnia, & similia in Scholis agitata relinquere nostrum est.

5. Denique intentio Interpretativa, quam indirectam etiam appellamus, est ea, qua quis aliquid vult, tantum in causa; ut si quis, sciens, se solitum in ebrietate occidere homines, velit ebrietatem, Indirectè, & Interpretativè dicitur, velle, seu intendere homicidium. His positis, duobus dictis rem, quæ ad nos facit, expediám.

Intentio Actualis, & Virtualis approbatur in casu nostro, non verò Habitualement, & Interpretativa.

6. Dico primò, intentionem Actualement consecrandi, ut etiam Virtualement sufficientem esse in Sacerdote, ad hoc ut validè, & sine culpa sacrificium celebret. Ita iidem, alique passim. De Actuali non indigemus probatione. De virtuali ratio est, quia Deus non requirit aliam intentionem in administrandis, & conficiendis Sacramentis, nisi illam, qua homo rationabili, & humano modo operatur, qualis est intentio virtualis, cum qua communiter homines operantur: nam perpetuam actualement intentionem ad rem, quam intendunt, nec habent, nec moraliter habere mortales possunt cum pateat experientia, tunc minus nos, actu, attendere cum maximè attendere conamur. Adde quod, cum tam facile sit humane menti aliò divertere, si actualement intentionem omnino requisisset Christus Dominus in Sacramentis conficiendis, ea continuè nullitati exposuisset.

7. Dico secundo, intentionem habitualement, vel interpretativè sufficientem non esse. Ita iidem. Ratio est, quia consecratio, ut etiam qualibet alia Sacramenti confectio est instituta à Christo ut exerceatur, sicuti modo dictum est more rationabili, & humano, non verò veluti à Psytico, quod fuisset indecentissimum, cum ministerium, quod sit nomine Christi, peragendum esset more brutali: At actio per intentionem habitualement, vel interpretativam facta, non est in se, & formaliter libera, ut patet, quia ut, sic, potest fieri ab amente, vel ebrio, vel dormiente.

Praxis prædictæ Intentionis consecrandæ.

8. Ex his infero primo, quodd Sacerdos, quamvis propter devotionem, & reverentiam debeat procurare

Actualement intentionem, in ea tamen procurari-
xius esse non debet. *Aut bene Caietani* (sunt verba
in fine Comment. q. 64. S. Thom. de Sacram. art. 3.)
lem intentionem non esse intelligendam in actu
nec necessarium est, nec expeit ut Sacerdos, v. g.
secrat, hunc actum interius repetat, Ego intendi
sed melius est, ut de ipso ministerio à se conficiendo
quam vocat Caietanus Actualement intentionem in actu
cio, & est potius attentio quadam ad res sacras per
um qua est conjuncta voluntas perficiendi eadem
ria. Quamvis necesse non sit hanc semper actu ten
que nimiam diligentiam ad hoc exhiberi. Hæc Suarez
ideo advertit hanc, quæ est intentio Actualis, nec
necesse semper actu exerceri, quia succedere sufficit
potest virtualis.

9. Infero secundo duos casus, & quorum rebus
latere poterit conscientiam Sacerdotis. Sic, p
cerdos, qui post Ordinationem habeat semel
hanc intentionem. Ego, quorū in tota mea vita
Sacras Vestes accedam ad Altare, & Sacram
volo consecrare: si nunquam ejusmodi intentione
vocet; sed nec unquam renovet, validè consecrat
& licitè, in tota sua vita; Dico consecratum
& licitè, quia in assumendo advertens
supposito, illas sacras vestes, in accedendo ad
&c. adest virtualis intentio. Licitè, quia non est
dos obligatus nisi habere intentionem consecran
eramentum more humano, ut supra dictum est
quam satis superque hic jam habet.

10. Sit secundo, Sacerdos, qui ritè initiatus
dotio, nec unquam aliam intentionem consecran
beat, sed nec habeat contrariam non consecran
sic celebret per totam suam vitam, validè, &
consecrabit? Dico validè & licitè consecratum
in cæteris non desit. Ratio est, quia, ex una p
assumptione Sacerdotij adest sufficiens intentio
erandi, hoc enim quis vult, dum vult fieri Sacer
illudque munus exercere: & ex alia sufficiens
adest virtualiter in ipsa actione, qua Missam cele
intendit, & ad eam se disponit, vel se alius actione
& præcibus præcedentibus consecrationem.

11. Sed placet verba Henriquez, lib. 1. c. 10. n. 2.
in hanc rem, ne cui seculoso videatur nova dicta
hactenus tradita. *Intentio virtualis*, inquit, dicitur
quamvis non videatur fluxisse ex efficaci vi, & motu
ma intentionis, aut quia licet nunquam habuit intentionem
sibi explicitam; volo facere, quod Romana Ecclesia
dit, id est, quod Christus instituit, habuit tamen comp
ut si quis Ordines sacros suscipit, ut fiat Sacerdos, & m
ster Ecclesia, absque alia formali intentione (si n
habuit contrariam) consuevit celebrare, & ministrare
menta etiam cum distractione mentis, hic enim confici
charistiam & alia Sacramenta. Hæc Henric. Et paulo
ter Reginald. tom. 2. lib. 26. c. 3. n. 38.

12. Quando igitur aliqui docent intentionem
quis suscipit ordines hoc animo, ut fiat Sacerdos, p
sufficere ad conficienda Sacramenta; rectè docent, q
hæc tantum est intentio habitualement: at addit quod
cerdos vestes sacras induat, Missæ orationes dicat
piat, &c. jam non sistit in mera intentione habitua
sed addit Virtualement, atque adeo hanc sufficere
docuit dictus Henriquez, alique relati à Bonacina
Sacram. disp. 19. §. 3. part. 2. §. 1. n. 15.

13. Adde quod in nostro casu vix moraliter fieri p
test, ut non adsit aliquando ipsa Actualis intentione
secrandi, quando enim Sacerdos exiens, v. g. domo
ruit Missam celebrare, & quando in ipsa Missa dicit
Fiat Sacrificium nostrum ut placeat tibi. Item Amen
Sacrificium. Item ut nobis Corpus, & Sanguis fiat dicit
simi Filij tui. Imò, & quando actu consecrat, præter
verba Consecrationis, actioneque sacras exhibens
quid aliud facit, nisi saltem in actu exercitio, ut m
loquebatur, ex Caietano, Suarez, Consecrationem p
tendere?

§. III. Supra quam materiam eadem intentio consecrandi.

Quamvis cum de materia Consecrationis agendum erit, hæc questio tractanda esset, hic tamen de intentione agimus, commodum etiam habet, quam, per aliquot casus magis practicos, discutere, expediemus.

PRIMVS CASVS.

De Particula ignota Sacerdoti.

Vbi

Defenditur Nunnus contra Dianam.

Minister posuit supra Corporale, in Altari, particulam consecrandam, nec id, ante seu fecit, seu aliter Sacerdos; advertit autem post Consecrationem: dubitavit, an remanserit consecrata; quod est, dubitavit, an intentio consecrandi se extendat ad materiam Sacerdoti presentem, quamvis ipsi incognitam.

Docet Diana p. 2. tract. 17. ref. 19. Nunnus 3. q. 74. et al. diff. ult. asserere, remansisse consecratam, quia intentio Sacerdotis, nisi contrarium voluerit, cum præsumitur religiosa, præsumitur ferri ad omnem materiam consecrabilem presentem.

Sed vera sententia, merito negat. Ita Coninch. de Sac. q. 72. art. 4. dub. 3. num. 39. alique apud eundem Dianam: quia voluntas non fertur ad omnino incognitam, quare voluntas Sacerdotis, quantumcumque religiosa, non extenditur ad consecrandam formulam sibi prorsus ignotam.

5. Dicit (docet Diana) nam ut observat Dehigo de Sac. diff. 8. sect. 7. num. 2. 18. Nunnus nequaquam dicit, loquitur enim in alio diverso casu, scilicet quando Sacerdos aliquam Hostiam præparavit, postea vero à Sacrifica, v.g. vel ab alio, vice illius Hostiæ, ponitur alia, incito Sacerdote, vel inveniuntur esse duæ Hostiæ, loco vnius; in quibus casibus Nunnus dicit illas manere consecratas, quia non alligavit Sacerdos intentionem suam ad consecrationem illius Hostiæ, quam suis manibus præparavit, ut excluderet aliam, quam postea in Altari acciperet consecrandam: semper enim intendit consecrare id quod in Altari hoc idem ipse invenit & accipit consecrandum; quæ doctrina vera est propter rationem mox n. 9. dicendam; illa autem, quæ ei auctori tribuit Diana esset omnino falsa, & improbabilis propter rationem n. præcedenti dictam.

SECUNDVS CASVS.

De Hostiis numeratis, quæ non omnes consecrari intenduntur.

Offert Minister Sacerdoti decem Hostias (ut ipse putat) consecrandas, quibus nec plures, nec pauciores intendit consecrare Sacerdos, sed inventæ post consecrationem fuerint undecim, vel novem, suntne consecratæ, omnes, nullæ, an decem dumtaxat.

7. Docet Sacerdotem male fecisse astringendo intentionem ad solas decem, debebat enim, iuxta Ecclesiæ consuetudinem, velle consecrare omnes presentes inibi consecrabilis. Sed quando quidem in huius errorem incidit, fiat cum communi opinione, nullam à se fuisse consecratam. Sic Suarez de Sacramen. disp. 43. sect. 6. §. 1. & Coninch de Euchar. q. 74. art. 2. dub. 3. n. 31. Layman lib. 3. tract. 6. c. 2. n. 12. Vasq. de Sac. d. 171. cap. 1. n. 1. alique. Ratio est, quia intentio Ministri debet respondere, & quædrare verbis, quibus consecrat. & verba intentioni, secus per verba sunt demonstrativa per pronomen, hoc; determinata esse debet materia, & quæ signari, demonstrative possit per dictum pronomen. At in casu, de quo loquimur, falsò demonstrantur à Sacerdote decem, quandoquidem tot

non sunt, & sic per verba non significatur, quod intenditur, adeoque nec consecratur.

8. Simile quid dicunt Doctores iidem ibid. in eo casu, quo (licet cum sacrilegio) veller quis unam partem proportionalem Hostiæ, vel mediam non designatam consecrare, quia in nihil determinate ferretur intentio, cum tamen mediam v.g. ex parte sibi dextera veller (licet item cum sacrilegio) consecrare, valide fieret consecratio, quia iam est pars determinata.

Quid, si quis ita intendat? Volo consecrare eas particulas, ex his presentibus, seu eam partem huius Hostiæ, quam vult. Antonius, vel quam Deus vult? Dico in irritum, in consecrationem. Ratio est iam dicta, quia, nisi ipsi Sacerdoti antea manifesta sit ea hominis, vel Dei voluntas, non posset per illud pronomen hoc, significare determinatam materiam illam. An tamen possit offerri Sacrificium pro eo, quem vult Deus, dicam c. 1. §. 9. n. 17.

9. Denique adverte, quod si quis, cum sint Hostiæ undecim, v.g. appositæ, ut consecrentur, ipse tamen, vel nesciat numerum, vel etiam existimet esse decem, vel tredecim, seu plures, vel pauciores, intendat autem, ut intendere semper debeo omnes presentes consecrare, omnes consecratæ remanebunt. Ratio est, quia error ille vel ignorantia, in intellectu nihil obstat intentioni practicæ vellentis omnes presentes, & sibi in consilio cognitæ consecrare.

TERTIVS CASVS.

De Hostiis non consecratis fortè confusis cum consecratis.

10. Si accidat per alicuius incuriam misceri particulas consecratas cum non consecratis, consecratur totus cumulus cum intentione consecrandi eas, quæ consecratæ non fuerint. Ita iidem citatim sic, quia iam intentio est ad determinatam materiam, licet soli Deo, vel Angelis notam, eæ, quæ consecratione indigent consecrabitur. Neque enim necesse est, ut omnes partes materiæ consecrandæ à Sacerdote distinguantur; cum ad hoc, ut intentio determinare feratur in materiam, non requiratur distincta eiusdem materiæ cognitio, sed satis sit consula; secus, quando in magna Pixide multæ formulæ sunt consecrandæ, cum non omnes distinctè noscantur, in irritum abiter earum consecratio, contra sensum, & praxim omnium Fidelium, & Ecclesiarum.

QUARTVS CASVS.

De Hostiis super Altare, non verò super Aram consecratam positis.

11. Sacerdos celebraturus habet in Sacrificia intentionem consecrandi formulas: accidit autem, ut illæ inclusæ in consecrata Pixide collocatæ super Altare fuerint à Ministro, non autem super Aram consecratam, seu supra Corporale, Processit in Sacrificio Sacerdos, consecravique Hostiam maiorem, sine ulla prorsus prædictarum formularum memoria: Remanserunt hæc formulæ consecratæ, necne?

12. Tannerus alique apud Dian. p. 3. tract. 6. ref. 103. & p. 5. tract. 14. ref. 19. probabile putant remansuras consecratas. Ratio est, (inquiunt) quia Sacerdos habuit intentionem actualem illas consecrandi, nec unquam revocavit: & ex alia parte processit ad faciendum Sacramentum, & ad consecrandas eas omnes à se animo destinatæ, quæ sibi præsentibus essent: ut certè hæc fuerunt, quamvis, si advertisset illas carere debito situ, revocasset intentionem non tamen in facto revocavit.

Afferunt exemplum, nam si Sacerdos advertisset se forte esse in peccato mortali, abstineret à consecrando: si tamen non advertit, non propterea non valide consecrat: non enim est considerandum id quod fecisset, sed quod actu intendit, & fecit.

13. Suarez de Sac. d. 43. sect. 6. §. Sed ubi quis, Cayart.

in Rubr. Missæ p. 3. tit. 7. num. 4. aliqui verosimiliter docent non remanere consecratas. Ratio est, quia contra consuetudinem Ecclesiæ est, & peccatum extra Aram, & Corporale, velle consecrare. Ergo cum omnis Sacerdos præsumendus sit habere intentionem consecrandi Eucharistiam ritè, & sine peccato, præsumitur noluisse consecrare in prædicto situ.

14. Sed claritatis, & doctrinæ gratia, tres nobis sunt hic casus distinguendi.

Primus est, si Pixis continens particulas consecrandas, posita fuit super Aram consecratam, itidemque supra Corporale.

Secundus est, si posita fuit super Altare v.g. in cornu seu versus cornu Epistolæ, & non super Aram consecratam, sed nec super Corporale.

Tertius est, si fuit posita super Corporale quidem, sed non supra dictam Aram, accidit enim sæpe, ut Corporale latius extendatur quam Ara. Vel contra, si super Aram, & non super Corporale, id quod evenire posset in casu, quo angustius esset Corporale, quam Ara.

15. Dico primo, in primo casu eas particulas remanere consecratas. Ita Suar. Reg. Coninch. alique apud Bonac. de Sacris disp. 4. quest. 2. part. 6. n. 4. Ratio est, quia ex una parte iam ritè, & sine peccato fit eiusmodi consecratio: & ex alia adfuit sufficiens intentio in Sacristia, ex qua processit ad consecrandas omnes Hostias animo destinatas.

Atque hic nota id verum esse, hoc est, remanere consecratas, etiam si Sacerdos non aperiat Pyxidem forte clausam quando profert verba consecrationis. Ratio est, quia non est necesse, ut videatur à Sacerdote materia consecranda, cum sufficiat, si sit præsens, & demonstrabilis per pronomen, Hoc, qualis certè est ea materia quæ est clausa in Pyxide, & qualis non est si clausa foret in tabernaculo, vel post parietem, ut passim Theologi ibid. docent.

16. Dico secundo, in secundo casu, eas particulas non remanere consecratas. Ratio est illa, quam diximus ex Suario. n. 13.

17. Ad rationem contrariæ sententiæ Tanneri, relatæ n. 12. Respondeo, negando Sacerdotem habuisse intentionem illas particulas, in indebito sit. positas consecrandi: immo dicimus habuisse implicitè intentionem non consecrandi, ut probat ratio Suarij.

18. Exemplum allatum contra nos de Sacerdote non advertente se esse in peccato mortali, videtur urgere: & urgent fortasse magis alia exempla, quæ potuissent adduci. Nam si V. G. Sacrista Hostias consecrasset cum fermento, certè, si illas nesciens Sacerdos Latinus consecraret, valide consecraret, licet si sciret, nunquam consecrasset. Eodem pacto, si mente distractus Sacerdos Hostiam non obtulisset, sanè si adverteret, illam non oblatam nunquam consecraret, & tamen si consecrat, valide consecrat, & alia plura sunt non absimilia.

Quibus tamen responderi non difficulter potest. Nam in casu dictorum exemplorum, debuisset Sacerdos, vel nihil, vel unam tantum speciem, id est vinum consecrare, si sacrificare voluisset, & illos defectus noluisse. Quod nullo modo præsumendum est velle ipsum, quia id repugnaret cum voluntate, quam supponitur habere integrè sacrificandi. At in casu nostro nolens illas particulas non ritè collocatas consecrare, bene stat cum voluntate celebrandi integrum Missæ Sacrificium, legitimam Hostiam maiorem solum consecrando: quare, in hac voluntate integrè celebrandi non involvitur voluntas consecrandi particulas existentes in situ indebito, cum contra in eadem voluntate integrè celebrandi, involvatur voluntas consecrandi in mortali non cognito, in fermentato, in non oblato.

19. Dico Tertio, in tertio casu apparere aliquam difficultatem; eius tamen resolutionem dependere ab ea quæstione, an sit peccatum consecrare hostias positas supra Corporale, sed extra Aram consecratam, vel supra

Aram, sed extra Corporale: si enim est peccatum intentio Sacerdotis, ut diximus cum Suario. n. 10. ligiosa, non se excedit ad Hostias extra Aram, & Corporale collocatas: si non est peccatum, tunc. Cum ergo communis doctrina sit esse peccatum ex prædictis l. 1. cap. 5. §. 1. à num. 1. & 3. patet, sequitur, verosimiliter esse non remanere consecratas.

20. Quoniam verò res in secundo, & tertio casu omnes, & Doctores citati, fatentur, valde dubium non profanè agendum cum his particulis, sed conditione in alia Missa sunt consecrandæ: itidem Sacerdos post assumptum Calicem.

Quid si quis consuevit consecrare particulas extra aram, & extra Corporale, sed hoc sibi præfentes, putans, ex invincibili ignorantia fieri,

Respondeo, tunc eas futuras consecratas, non advertisset, consecrasset, ut supponis, & quod consecrasset, quia sunt sufficienter præfentes Sacerdos per accidentem rationem suæ ignorantie, & tamen, nec habet, nec præsumitur habere aliam tatem non consecrandi in illo situ, qui videtur, ut, iam enim ipse putat, esse debitum, atque tale se, ac sine peccato consecrare, quare non obstat præsumptio à Suario, & à nobis dicta n. 16.

21. Vnum denique advertit Layman lib. 5. tit. 15. sine, quod si Sacerdos ita secum statuat, ut me tempore oblationis, non recordati formam statim pro communione populi, vel si contingat tempore consecrationis, me non recordati oblationis, nolo eas consecrare: advertit, inquam Layman, fieri quidem sicut intendit, sed videtur peccare, intentio talis conformis non sit communi intentioni praxi Ecclesiæ. Hæc ille.

22. In qua doctrina unum placet, alterum non. Placet quod fiet sicuti Sacerdos intendit, id est verum ex communi doctrina, est. At quod præfiter apud se statuat, non placet. Peccaret quidem id intenderet de sua Hostia, nam sic supponitur, nam memorie fragilitate, subiceret periculo validæ sui Sacrificij: si tamen intenderet de formalis, de his Layman agit non video unde contrarium putum, tunc enim Sacerdos si oblivisceretur, iam oblitus, se illas non consecrasset: & ex alia parte, periculo exponeret. Quod autem eiusmodi sit contra praxim Ecclesiæ, verum est, quod non necessarium Sacrificij, propter dictum periculum sacrificandi validè, sed quoad particulas sacrilege consecratas, fuisset eiusmodi praxis probanda, non ponenda.

QVINTVS CASVS.

De Guttis vini in calice discontinuatis.

Vbi

Defenditur Coninch. contra Layman.

25. Quid in hoc titulo proponimus, sic testatur Agidius Coninch de Euch. q. 74. artic. 1. n. 42. Nota legitimam intentionem consecrandi Calicem secundum communem, & primam praxim fieri solum omnem humorem consecrabilem, qui in calice per modum continui continetur: ut comprehendat etiam aquam permixtam (quæ etsi in vinum non convertatur, non erari potest) & guttas vini, quæ proximè adhærent Calici intrinsecus adhærent ita, ut parva Calicis aggerne, reliquo vino misceantur. Tales enim guttas vini prius abstergi vel cum reliquo vino consecrari omnia prædicant materia non consecrata misceatur consecrata. nisi consecrans aliud expresse intendat, consensum

hanc totam materiam, & nullam aliam consecrare, & consequenter, nec guttas remotiores, circa extremum latum Calicis adherentes. Quamvis magis expediat prius guttas, quæ præsertim remotas, abstergere, & tunc similes omnem materiam consecrabilem quæ est in Calice consecrare. De guttis autem extremis Calicis adherentibus, nihil laborandum est, quia nemo nisi id expresse intendat, quod cum injuria Sacramenti fieret, censetur eas velle consecrare. Hæc Coninch.

24. Layman verò lib. 5. tract. 4. cap. 2. num. 15. cum de hoc te fecit, eadem excipit, sic addit. Quod porro Coninch. ait, eas quoque vini guttas consecrari, quæ intra Calicem reliquo liquori proxime adherent, ut levi Calicis commotione admisceantur, difficultatem habere videtur: quandoquidem determinari non potest, quanta omnino esse debeant talium guttarum propinquitas: facit enim ipsæ rationes non consecrari. Neque vero potest consecratio fieri neque alterius Sacramenti consecratio pendere à futura contingente, ut nimirum ea solum gutta consecrentur, quæ postea contingeret Calicis agitatione reliquo liquori commisceri. Hæc Coninch.

25. Verum enim verò videtur me posse Agidij partes agere: & ut clarius procedat defensio. Inquit, si contingat (ut sæpe, ne dicam semper, profecto contingit) ut immediate ante consecrationem commovere, seu ad latum si. Calicem: quo motu, totum vinum ad latum cuppæ adlabitur, deferens vino conspersum aliud latum; Inquit, inquam, si proferas supra hujusmodi Calicem sic inclinatam consecrationis formam, illud vinum, quo latum conspersum est, consecratur, necne? Sane consecratur, quia continuum est cum reliquo: seu cuius reperto in suo recto situ Calice, aliquid non consecratum remaneret in Calice admixtum materię consecratæ, quod nemo admittet: quamvis enim id sit tam modicum, ut peccatum fuisset (cum non sit potabile, immo vix sit sensibile) illud separatim consecrare; tamen, quando est unitum, & continuum cum cætero, est apta materia consecrationis. Fac item aliquam guttam ita adherere interiori Calici, ut tangat vinum, sed propter ejus exiguum pondus non misceatur tota cum vino, solumque remaneat unita vino: seu, quod frequentius accidere potest, fac usam similem guttam immediate ante consecrationem ex superiore parte Calicis cadere in vinum, & cum ipso commisceri, remanente, ut oportet, illa parte superficiæ Calicis, in qua erat gutta, & per quam transit, dum cecidit, remanente, inquam, reposita, seu intincta vino; inquit, illa guttula veluti supernatans, ut ita dicam, & hæc partes mobilissimæ vini, quibus pars dictæ superficiæ Calicis dispersa remanet, consecrantur, dicta statim, antequam arescant, consecratione? Certè consecrantur in omnium sententia, quia jam sunt continua cum reliquo liquore.

16. Dico igitur Agidij de his guttulis loquutum fuisse, quæ adherent superficiæ interiori Calicis, & sunt aliquo tandem modo physice continuæ cum cætero vino, non verò de iis, quæ sunt separatæ (ut credidit Layman) licet quacunque ratione vino sint vicinissimæ.

Paret id ex ipsius Agidij verbis, & multo magis ex istis verbis, ut à Layman referuntur. Hæc sunt verba Agidij. Ut comprehendat guttas vini, quæ proximè continuo liquori Calicis intrinsecus adherent. Non dicit prope, sed proximè, quod non potest intelligi, nisi de guttis, quæ attingat vinum continuam, secus non esset proximè, quod est superlativum, id est, ita, ut magis prope esse non possit. Adde quod ipse sic paulo ante dicit: Non legitimam intentionem consecrandi ferri solum circa omnem hominem consecrabilem, qui in Calice per modum continui, aut quasi continui continetur, ut comprehendat etiam aquam vino permixtam, & guttas vini quæ proximè continuo liquori Calicis intrinsecus adherent, &c. Jam, gutta separatæ, licet vicina vino, nec esse continuas, nec quasi continua vino. Ergo illam excludit, non includit Coninch à materia consecrabili. Includit verò

Part. II.

guttas aquæ immixtas vino, quia licet contiguae sint istigore philosophico, vino dicuntur tamen propter illam admisionem, non immerito, quasi continuæ: includit pariter guttas illas à nobis dictas num. 25. quæ non sunt quasi, sed verè continuæ cum reliquo liquore, ut ibidem explicuimus. Quod autem addit Coninch, ita ut levi commotione admisceantur, ideo addit, quia guttæ ejusmodi, de quibus nos sermonem esse contendimus, facillimè per dictam commotionem admisceantur cetera reliquo vino.

27. Sed videamus quomodo referat Layman Agidij verba, sanè in hunc modum. Quod porro Coninch. addit eum quoque vini guttas consecrari, quæ intra Calicem reliquo liquori proximè adherent, ita ut levi Calicis commotione admisceantur, difficultatem habet &c. Profecto, si tales guttæ reliquo liquori proximè adherent, ergo cum illo continuantur, ergo si de his loquitur Coninch, (ipso favente Layman) de continuis loquitur, non de separatæ, quomodocumque vino vicinis. Prima consequentia, in qua est vis argumenti, est certa; quia non potest intelligi guttam liquoris adherere liquori ejusdem speciei, nisi cum illo, mediantibus particulis, quibus adheret continuetur.

28. Ex his ergo habemus, quod licet Bonatina de Euch. disp. 4. q. 2. p. 5. num. 7. immerito Agidij citans, sentiat guttas existentes intra calicem, quamvis à vino separatæ, consecrari, quia legitima Sacerdotis intentio fertur (inquit) in totam materiam existentem in Calice demonstrabilem per pronomen, hoc; probabilius tamen est cum Layman loco cit. Coninch. loc. cit. Reginald. tom. 2. lib. 29. cap. 2. n. 19. Suar. de Sac. disp. 43. sect. 6. non consecrari: cum intentio legitima Sacerdotis feratur quidem in materiam existentem in Calice demonstrabilem per illud pronomen, sed certè continuam, non separatam.

An gutta separatæ in Calice debeant abstergi ante consecrationem.

29. Peccatne Sacerdos si advertens ante consecrationem adesse guttulas separatæ intra Calicem, eas non abstergit, nec cum cætero vino, commotione Calicis admiscet?

Puto non peccaturum, habeat tamen animum consecrandi juxta intentionem Ecclesiæ. Ratio est, quia non obligamur, nisi humano modo, in his ministeriis nos gerere; non ergo ad cutandam metaphysicam liquoris continuationem, sed solum continentiam ejusdem in eodem vase, Deo cætera relinquentes.

Nam propterea Coninch. dixit expedite, Layman, optimè Sacerdotem facere, si abstergat. Immo addo, aliquando nec expedire, si enim advertas adesse ejusmodi separatæ guttas, quando, discooperto Calice, incipis, simili modo &c. (ut mihi non semel accidit) puto non esse tunc scrupulosè accipiendum purificatorium, & cum admiratione aliqua astantium, qui elevationem expectant abstergendum, vel commovendum Calicem. Habe ergo prædictam intentionem, & prosequere.

An gutta separatæ in Calice debeant abstergi post consecrationem.

30. Post consecrationem verò, nunquam abstergendæ sunt illæ guttæ, quæ forte adesse intra Calicem nunc advertuntur. Ratio est, quia cum non sit certum eas non esse consecratas, esset periculum abstergendi sanctissimum Sanguinem. Assumantur igitur admixtæ cum reliquo. Et quamvis nefas sit, materiam non consecratam consecratæ temperè admiscere; in hoc tamen casu, dubium, quod gutta illa sit consecrata, rationabilem reddit admisionem. Nec obstat periculum frangendi jejunium naturale, quod timeri posset, si prius degluteretur gutta illa fortè, non consecrata: non obstat, inquam, propterea, quæ docet in simili Delugo de Euch. disput. 15. sect. 4. num. 79. Adde quod reverentia,

L. 2. quæ

quæ illi gratæ, propter illud dubium debetur, ejusmodi timorem facile superat.

CAPVT II.

De Applicatione Missæ.

§. I. Præmittuntur quadam necessaria de offerentibus Missam ejusque valore.

1. **V**T facilius ea, quæ dicenda sunt de Applicatione Missæ, percipiantur; Præmittendum est cum Delugo de Euchar. d. 19. sect. 9. n. 122. & sect. 12. n. 239. in hoc Sacrificio, intervenire eos, qui offerunt, & eos, pro quibus offertur.

Qui offerunt sunt, Christus Dominus, qui est principalis Sacerdos, Celebrans, qui est Christi minister, Ecclesia, seu cœtus fidelium, qui designat talem Ministrum, qui ipsius Ecclesiæ nomine offerat, Circumstantes qui faciunt unum suo modo cum celebrante; Denique dantes elemosynam pro dicenda Missa.

1. pro quibus offertur, sunt ipsi iidem Fideles defuncti vel vivi peccatores, vel iusti, &c. pro quibus intendit actualiter, vel virtualiter Sacerdos offerre.

2. Jam circa hos omnes, possunt considerari tres effectus Sacrificij. Ita idem, & passim. Theolog. Primò meritum, quo scilicet offerentes, vel ij, pro quibus Missa offertur, seu quod idem est, applicatur, merentur, sive gratiæ augmentum, sive auxilla Dei ad actus virtutum. Secundò, Impetratio, quia iidem per Missam impetrant à Deo bona spiritalia, & temporalia. Tertiò, satisfactio, qua iidem satisfaciunt pro pena temporalis in hac, seu in alia vita, peccatis ipsorum debita.

3. Et quidem hæc tria (quæ uno vocabulo vocantur fructus, seu emolumentum Missæ) considerari possunt, vel ex opere operato, id est quatenus habentur, ex vi ejus, qui est principalis in hoc Sacrificio, nempe Christus Dominus, vel ex opere operantis, id est, quatenus habentur ex vi operationis, seu actionis ipsius Sacerdotis, vel circumstantium, vel dantium stipem. An autem Meritum, quod habetur ex hoc Sacrificio, sit solum ex opere operantis, an verò etiam ex opere operato, & an is fructus, qui in Missa habetur ex parte Ecclesiæ, sit dicendus haberi ex opere operato, an operantis, & similia pertinent ad Theologos Scholasticos. V. Delugo disput. cit. 19. de Euchar. sect. 9. n. 122. juncto n. 136. & 150. & sect. 9. n. 125.

4. Illud certè, quamvis Scholasticum, pertinet non-nihil ad nos; An valor, seu fructus satisfactionis, qui haberi à Missa potest ex opere operato Christi, sit infinitus, an finitus? Breviter respondeo, certum esse, infinitum esse in actu primo, est enim ipse Christus, seu ejus infinita merita. Verum, an Christus voluerit ut infinitus esset in actu secundo, ita ut una Missa actu satisfaceret, ex opere operato, pro pœnis debitis finitis in infinitum, id certè est quod hic quaeritur.

5. Triplex autem potest esse sensus quaestionis. Primum, An fructus Missæ sit infinitus respectu omnium personarum (quæ esset infinitas veluti extensiva) & sic una Missa applicata omnibus, & singulis Fidelibus, sufficiat perfecte pro illis. Et in hoc sensu, fatemur omnes, non esse fructum Missæ actu infinitum, quia frustra multiplicarentur Missæ. & quia, ut dicemus, quantitas, ut ita dicam, talis fructus, limitatur à dispositione conjunctumque fidelis, cui applicatur. Ita idem ibid. sect. 10. n. 200. cum Suar. Vasq. alijs.

6. Secundus. An sit infinitus respectu unius personæ, & sic una Missa applicata, uni personæ, v.g. defunctæ, tollat ab illa omnem pœnam ab ipsa debitam, etiam si hæc pœna major, & major in infinitum esse supponatur. Et in hoc sensu omnes similiter fatemur, non esse fructum Missæ actu infinitum. Ita Marchinus de ord. tract. 3. p. 2. c. 12. num. 12. & 13. aliique citati, & citandi

quia quamvis hic fructus augeatur pro meliore ratione subiecti pro quo Missa applicatur, unde & dici in Missa esse valorem infinitum syncategorematicè, cum dependeat tamen à prædicta dispositione, semper finita erit, finitus erit & fructus. Quætem, Deus solus novit. Nam propterea, ante ceteros plures, & plures Missæ, pro uno, eodemque applicata Delugo de Euchar. d. 19. sect. 12. n. 243.

7. Tertius sensus est. An fructus Missæ sit infinitus respectu multarum personarum, & sic una Missa applicata pro multis tantum singulis prodest, quantum singulis, ita ut si Missa applicetur, v.g. pro decem, dividatur emolumentum Missæ in decem partes singuli, secundum suam dispositionem, licet tantum fructum, ac si, pro uno solo, applicata fuisset Missa.

7. Et in hoc sensu magna quaestio est inter Theologos: duæque sunt sententiæ. Affirmat Valer. de Euchar. 231. c. 2. Castropalaus de sacrificij dispensatione num. 11. alique. Negat cum contrarii Suar. de dispensat. 79. sect. 12. §. 2. Dico secundo, aliqui & ratio potissima est, quia, si una Missa tantum valeat pro multis, si applicetur pro multis, valet pro uno, quantum, si applicetur pro multis, valet pro uno, apud Fideles ab Ecclesia tot annis approbata, applicetur Missa pro uno defuncto particulari, & particulari satisfactione; cur enim non applicetur etiam necesse Missæ pro omnibus defunctis? & cur tam solutus est fidelis, ut pro se particulari Missa applicetur? Sanè non propter aliud, nisi quia fructus satisfactionis diminuitur ex consorcio alterius, ita dicitur t., ut sic tantum Sacrificium, frequentius celebratur. Non ita se habet auditio Missæ: nam, etsi multi eandem Missam, non tamen, ex consorcio alterius, minuitur pro singulis, fructus respondens auditui Missæ singulorum: At in applicatione, diminuitur, diximus, & maximum argumentum hujus veritatis, hoc ipsum quod dicimus, quod, scilicet, Fidelis, antiquo Ecclesiæ more comprobato, non sunt soluti ut soli audiat Missam, sunt vero multum soluti, ut soli audiat Sacram applicetur.

His delibatis, ad ea, quæ magis pro casibus certioribus faciunt, accedamus.

§. II. An applicari possit Missa pro infidelibus.

1. **Q**uidam infidelis, v.g. Turca audiens à Christianis quanti valeat Sacrificium Missæ offerri, primum Sacerdoti, ut pro ipso faciat Sacram. Postea primo in acceptare elemosinam. Secundo, pro ipso celebrare. Respondeo utrumque posse, licet tamen publice non nominando, ne deus occasione rationis, vel scandali in populo. Ita Suar. de Sacram. disput. 78. sect. 2. §. 2. Dico tertio aliqui apud Marchinum negantem tract. 3. de ord. p. 2. c. 7. num. 1. Ratio est, quia Infideli (quamvis solum in uno) prodest Missa, si enim illi non prodest, quoad meritum; siquidem talis, qui propter privationem gratiæ, est Dei inimicus, non est in statu meriti, neque prodest quoad satisfactionem, quia satisfacere pœnæ quis non potest, donec de peccato mortali, neque enim pœna ulla remissionem, cui actu debetur pœna æterna; ut dicam tamen Impetrationem (etiam ex opere operato, ut dicam tamen §. 3. numero 4.) quatenus ei impetrari possint, etiam te Sacrificio, aliqua bona temporalia, immo & spiritalia, ut sunt aliquæ bonæ inspirationes, & auxilla, ut Deus aliquantulum placatus, cum infidelis, vult ad fidem.

2. Dices; ergo Sacerdoti non licebit integrum fructum accipere, siquidem nec integrum Missæ fructum attribuire potest. Respondeo, neque actu peccatum potest celebrans applicare totum fructum, ut mox dicemus, & tamen nunquam hunc fructum proiecisti Sacerdoti, quasi non possit tibi cognito peccato te integrum stipem accipere. Dico igitur, ex una parte